Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31300
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Autoritatū philosophie

vocare iustos. sed peccatores Matthei. ix. luce. v. Introduc sic. ꝺt Augusti. sup ioānem Magis est iustificare impiū q̄ celum creare. subiungit cām Celū et terra transibunt. electorū aūt spiritualis iustificatio ꝑmanebit. Idem in libro de natura ⁊ gr̄a non pōt homo bene ⁊ ordinate viuere nisi lumine gratie diuinitatis adiuuet. Est enim gratia quasi q̄dam radius lucis ete ne quē qui ꝓcepit ei nō resistendo illuminabitur q̄ vero eidē obicem ponit in tenebris exteriorib⁹ ꝑmanebit Causa aūt aduentus christi in carnē fuit iustificare impios Luce. xix. Venit filius hominis q̄rere ⁊ saluu facere quod perierat ꝓmo ad Thimo ꝑ. christus venit in hunc mundū pctores saluos facere Augustinus in li. de verbis dñi. Tolle morbos. tolle vulnera. ⁊ nulla erit causa medicine Idē li. xiij. de trini. licet cui oia equaliter subiacēt sanande miserie nostre. alius fuerit modus possibilis. sed ꝓuenientior nō fuit q̄ christum incarnari. vt homo et deus videri posset quem hō esset secuturus. Dicit ergo. non veni vocare iustos sed peccatores Scō̄o potest fieri ītroductio ꝑ quandā diuisionem. vt si thema fuerit de iudicio dic. Quattuor requiruntur ad iudiciū dei. Primum est tuba ꝓp̄m cōuocans Scō̄m scriptura nephas declarans Tercium sententia cōdemnās Quartum minister sententiā iudicis exequens. Tercio fieri pōt a sensu contrario ipsius thematis Itē quarto syllogistice sic Quicunq; adheret deo. bonitatis eius fontez largissime experitur. sed ꝯpus subditū peccatis deo non adheret. cū sola claritas diuidat inter filios dei et sathane. igitur corpus subditū peccatis fontem bonitatis dei non experitur. Et sic consequenter in oīi modo ⁊ figura. Multa alia hic adduci possent de q̄bus ad presens ē supersedendū Unum tamen ē mente tenendū q̄ introductio sermonis habet se sicut exordium siue origo ep̄laris. ideo summopere cauenduz ē ne sit nimis lōga ita vt impediat executionem mēbroꝝ ipsius sermonis. al's esset vitiosa Et semper debet generaliter ꝯgruere ⁊ coincidere cū materia thematis. vt sua vi quasi ad modum sete introducat materiam thematis preintentam Et ad hoc q̄ maxime valent dicta Aristo. Sapientumq; alioꝝ. igitur. ⁊c. ¶ finis prologi.

A ij.